



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

66. An Capitulum Sede vacante debeat eligere Vicarium ex gremio ipsius Capituli? Et in praedictis casibus, si in Capitulo, in quo non sunt Docctores, vel licentiati in jure Canonico, adesset aliquis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

2. Vnde Marcellus Vulpes in *praxi for. Ecclesio.* 44. num. 15. sic ait: Vicarius Episcopi potest esse non Doctor, sed Vicarius Capitularis; qui debet deputari Doctor, aliàs deputatio erit nulla: & si Episcopus demortuus reliquit Vicarium non Doctorem, Capitulum non debet illum confirmare, sed alium, qui sit Doctor, eligere. Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 16. de reformar.* Sed si in Capitulo non extat Doctor, potest deputare alium, qui sit idoneus; ita declaravit Sacra Congregatio Concilij his verbis: Congregatio Concilij sentit, existentibus Doctoribus in Capitulo, necessariò vnum ex illis esse eligendum; alioquin deputationem ad Metropolitanum deuoluit sed in casu, quo Vicarius non sit Doctor, potest Capitulum in ipso actu deputationis dare ei consultiorem Doctorem sibi bene visum; alioquin poterit ipse Vicarius eligere Doctorem consultorem patribus non suspectum in casibus, in quibus co opus erit. Ita ille.

3. Vnde Barbosa *tract. de Canon. cap. 42. num. 53.* asserit sub die 28. Augusti ann. 1621. decisum fuisse, Doctorem Theologum non posse esse Vicarium Capitularem, Sede Vacante, & Dom. Valençuela *conf. 120. num. fin. vol. 2.* vbi hanc nullitatem obiicit contra quædam acta à quodam Vicario Theologo electo à Capitulo Ecclesiæ Conchenfis Sede Vacante.

4. Quod sanè, iuste constitutum esse videtur, Nam viri Theologi, etsi literatissimi sint, non satis iurisperitentia praxim, & theoreticam callent, & proinde multoties ex capite, & pro arbitrio sententias profertur, & vbi que à veritatis, & iustitiæ tramite deuiant, vt bene aduertit Hieron. Cevallos in *tract. de violentis*, 1. part. *gloss. 6. num. 24. pag. 66.* & Axia de *exhiben. auxilij*, casu 5. fol. 159. & nouissimè D. Catalcus ad *leg. Recog. cap. 6. num. 9. fol. 56.*

5. Verùm, his non obstantibus, non deseram hic adnotare Ioannem Solorzanum de *Indiarum iure*, tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 46. & sequ. contrariæ sententiæ adherere: sic enim asserit. Quidam Atequipensis Episcopus D. Fr. Petr. à Perea Augustinianus cum ego in Prætorio Limano ius dicerem, parere recusabat quibusdam literis execratorijs, quas aduersus eum expediri mandauerat. D. Ioannes Velasquez electus Archiepiscopus Limanæ Ecclesiæ, Sede Vacante, Metropolitanus, & eiusdem Archidiaconus meritissimus, iniquens illum esse Doctorem Theologum, & à Capitulo eligi non potuisse, in quo plures alij Præbendarij reperiebantur Licentiæ, vel Doctoratus laurea in iure Pontificio donati, & satis in eius professione conspicui.

6. Qua de re cum ad Regalem Cancellariam negotium sub occasione Regij auxilij ab Archidiacono implorati, delatum esset, supra dictis non obstantibus, pro Archidiaconi gestis & iurisdictione pronuntiaum fuit. Nam etsi verum sit, eam (quam diximus) formam à Concilio præscriptam videri in electione Vicarij Capituli, Sede Vacante, non ita præcisè est, quin alium idoneum admittat, vt patet ex illis verbis: Vel aliàs quantum fieri potuit idoneus. Vnde reliqui in arbitrio Capituli hæc alternatua videtur, quod ex iustis causis moderari potest ita vt Theologum, ætate fortè, prudentia, & ætatem agendam dexteritate excedentem, cunctis in eodem Capitulo existentibus præponat, in quibus prædictæ dotes non reperiantur, vel alia impedimenta considerentur.

7. Quo fit, vt dictam formam Concilij parum seruari in Ecclesijs Hispaniæ fateatur Nicol. Garcias *disso. cap. 7. num. 14.* & per eam non excludi arbitrium Capituli iustis rationibus ductum, & gubernatum, tenet Nauarr. *conf. 2. de offic. Vicarij*, Sayrus

in *floribus decif. eodem tit.* Enriquez *conf. 90.* Azot. 2. part. lib. 3. cap. 37. in fine, & Aloy. Riccius in *praxi Archiepisc. decif. 473. num. 2.* quibus fauet Patis de Puteo *d. tract. de syndic. verb. Doctor*, num. 3. fol. mibi 236. Vbi agens de statutis, quæ requirunt, quod potestatis affectus sit Doctor, inquit, quod quamuis hoc gradu insignitus non sit, si tamen aliàs idoneus, & eminentis scientiæ esse reperiat, hoc sufficit ad Statuti verba, & mentem expiendam, argum. *l. vnicuique, Cod. de prax. sac. serin. lib. 12.* & eorum; quæ tradit Bald. in *l. sed reprobari ff. de excusat. intor.* Lud. Roman. in *l. quid tamen ff. de arbit. & in l. cum quid ff. si certi petat.* & in terminis Vicarij, de quo agimus, Iacob. Sbrozium lib. 1. de officio Vicar. *quasi. 26. num. 13.* quem refert, & sequitur (licet sub aliqua hæsitacione) Iacob. de Grassis 2. tom. *conf. lib. 2. conf. 1. diff. 7. n. 4. pag. 17.* in quibus posse à Capitulo eligi etiam non Doctorem, & non habentem tales qualitates, modò consulat Aliflorem Doctorem iuris Pontificij, & ita se vidisse obseruatum in Episcopatu Fanensi. Et ego testor me idem vidisse in eadem Ecclesia Limentis, & in alijs Indiæ Hispaniæ in Vicariis electis à Sede Vacante, de quibus loquimur nam in alijs nullum dubium est, vt statim trademus.

8. Et quamuis Sacræ Congregationis Cardinalium declarationes contrarium expresserint, & talem tantamque auctoritatem habeant, qualem, quantumque tradit Emanuel Roder. tom. 1. q. regul. 1. 1. art. 1. & 2. Zerola in *praxi Episcop. 1. par. §. auctoritas in annoz. fin. & 2. par. §. absolutio post. princip.* Nicol. Garzias *de benef. in proem. circa fin. & Cened. in præd. Can. quasi. 6. n. 9.* Adhuc vbi, nec publicatæ, nec receptæ, aut practicatæ sint, non videntur tanti ponderis esse, vt consuetudinem vincant, & Conciliarem dispositionem dictam alternatiuam concedentem. Huicque Solorzanus.

Sed ne deseras Lector recognoscere Ricc. *part. 4. decif. 305.* vbi mordicus sustinet electionem Vicarij Theologi esse validam, prætermisso Canonista.

RESOL. LXVI.

An Capitulum, Sede Vacante, debeat eligere Vicarium ex gremio ipsius Capituli?

Et an hoc etiam procedat, quando deuoluitur electio ad Metropolitanum ob negligentiam Capituli?

Et in prædictis casibus, si in Capitulo, in quo non sunt Doctores, vel Licentiati in iure Canonico, adisset aliqui iuris Canonici peritus, & idoneus, debeat eligi: aliàs electio sit nulla? Ex part. 8. tractatu 4. Res. 57.

§. 1. Respondeo non teneri de necessitate, sed si adisset idoneus, cæteris patibus esset præferendus ille, qui est de gremio Capituli; ita censuit Sacra Congregatio Concilij, teste Metcello Vulpes in *praxi ser. Eccles. cap. 44. num. 25.* Nauarro in *summa Bull. tom. 1. tit. de Capitulo, Sede Vacante*, n. 28. Garcia de *benef. tom. 1. p. 5. cap. 7. num. 13.* & Metolla tom. 3. *dispo. 7. c. 7. dub. 18. n. 187.* vbi docet, hoc etiam procedere, quando electio deuoluitur ad Metropolitanum ob negligentiam Capituli, vt scilicet non teneatur Metropolitanus eligere Vicarium de Capitulo, vt notauit Auctor. *Cur. Archiep. Neap. cap. 84. in 1. edit.* Nec obstat *cap. ne pro defectu, de elect.* quia id procedit in electione Prælati. An autem si in Capitulo adisset idoneus, deberet Metropolitanus cæteris patibus illum præferre alijs, non determinat hic Auctor. Ego dicerem, teneri Metropolitanum

nam cum prætere: quia in hac electione Vicarij
 succedit in locum Capituli, ac supplet eius defectum,
 ergo tenetur eligere Vicarium, eo proribus modo, quo
 tenetur eligere non Doctorem, quando haberi potest
 Doctores; ergo neque potest eligere extraneum, quan-
 do in Capitulo adesset æque idoneus. Addit Garcia
 de cap. 7. n. 13. quod si in Capitulo, in quo non sunt
 Doctores; vel Licentiatum iure Canonico, adesset ali-
 quis iuris Canonici peritus, & idoneus, deberet eligi,
 cuius electio esset nulla. Quod probat, tum ex illis
 verbis, *vel alius quantum fieri possit, idoneus*; tum
 etiam ex quadam declaratione Sacre Congregatio-
 nis, quam refert num. 12. ubi dicitur, existentibus
 Doctores in Capitulo, vel Licentiatum, necessa-
 rio eligendos esse Doctores; vel Licentiatum; si ve-
 ro non sint, sufficere, ut vnus eligatur, qui sit quan-
 tum poterit idoneus. Cæterum quod dicit hic Au-
 ditis procedit tantum cæteris paribus; unde si in
 Capitulo non adesset Doctores, vel Licentiatum,
 quamvis existerent aliqui idonei ad hoc munus Vi-
 carij; si tamen haberi posset extraneus Doctores, vel
 Licentiatum; hic deberet præferri, vt colligitur ex
 declaratione Sacre Congregationis, & supra re-
 latis.

RESOL. LXVII.

An Capitulum, Sede Vacante, possit eligere Parochum
 in Vicarium? Ex p. 8. tr. 4. Ref. 58.

§. 1. **H**oc dubium tangit Barbosa tractat. de Ca-
 non. cap. 42. num. 37. & respondit non posse
 Vicarium Parochum habentem curam animarum,
 nisi illam gereret in eadem ciuitate, & Ecclesia, vt
 ex seq. decisione constati Petrum fuit à sacra Con-
 gregatione Cardinalium negotiis Episcoporum &
 Regularium præpositum, an Episcopali Sede Va-
 cante Canonici eligere valeant in Vicarium genera-
 lem Canonice eisdem Ecclesiæ, qui in eadem ciui-
 tate, & Ecclesia curam quoque gerit animarum? Sa-
 cra eadem Congregatio affirmatiue respondit, in
 vna Otien. 19. Martij 1591. & 19. Iulij eiusdem anni
 ubi etiam fuit dictum quod contrariæ decisiones in-
 telliguntur de Parocho rurali. Hæc Barbosa.

2. Vnde sic intelligendus venit Marcellus. Vul-
 pe in praxi Fori Eccles. cap. 44. num. 18. ubi docet,
 Parochum habentem curam animarum, non posse
 esse Vicarium Capituli, Episcopali Sede Vacante;
 nam ita Sacra Congregatio rescripsit Archiepiscopo
 Surentho, quod etiam notauit Merolla tom. 3. disp. 7.
 dub. 18. num. 191.

RESOL. LXVIII.

An Capitulum, Sede Vacante, debeat eligere Vi-
 carium, qui sit in sacris constitutus? Ex part. 8. tract. 4.
 Refol. 59.

§. 1. **A**ffirmatiue respondet Nouarius in summ.
 num. 19. ubi sic ait: Declaratur secundò, vt Vicarius
 Capitularis debeat necessario esse in Sacris; nam li-
 cet Sacra. Concil. Trident. hanc qualitatem non pe-
 tet, tamen Cleme. VIII. in dictis literis hoc ex-
 pressè iubet, vt Canonice, qui non est in Sacris,
 non possit esse Vicarius. Itaque; cui adde Venerum
 in Exam. Episc. lib. 4. cap. 1. n. 13.

2. Sed Nouarius, vt obseruat Merolla tom. 3.
 disp. 7. cap. 7. dub. 18. n. 189. illarum literarum nullum
 Tom. III.

testimonium authenticum affert. Et quavis dictæ
 literæ reperirentur, nihilominus hodie non obliga-
 rent, quia continent præceptum personale latum, sci-
 licet ab homine, quod morte dicti Clementis ex-
 pirauit.

RESOL. LXIX.

An Capitulum, Sede Vacante, in creatione Vicarij te-
 neatur seruare formam, Cap. quia propter de ele-
 ctione, & Concilium Tridentinum sess. 25. de Re-
 gular. cap. 6. Vel non sit necessarium, vt electio fiat
 per vota secreta? Ex parte 8. tractatu 4. Re-
 solut. 60.

§. 1. **R**espondeo negatiue cum Garcia de benefi-
 tom. 12. part. 5. cap. 7. n. 21. ubi sic ait: In ele-
 ctione autem Vicarij Capituli, non requiritur forma
 cap. qui propter de electione, nec decreti Concilij,
 sess. 25. de regular. cap. 6. quia non loquuntur de eo,
 quamvis Fulcus d. n. 32. dubitet, an in electione dicti
 Vicarij sit seruanda forma dicti cap. quia propter, qui
 tamen dicit Cardinalem Alciatum ignisse non re-
 quiri: & Zerola in d. praxi 1. part. verb. Capitulum,
 §. 3. ait istam electionem Vicarij, non esse necessa-
 rium fieri per vota secreta, vt nonnulli asserere vide-
 bantur ex Concilio d. cap. 6. quia ibi loquitur Con-
 cilium de electione superiorum Regularium, non
 secularium.

2. Et ita contra Fuscum censuit Sacra Congre-
 gatio, vt in sequenti declaratione super d. cap. 6.
 ibi, *constituere, vel existentem confirmare, &c.* Non
 tamen requiritur ad hoc quod seruetur forma ele-
 ctionis præscriptæ per Concilium sess. 25. cap. 6. de
 Regular. post cap. quia propter, de electi. quia isti Vi-
 carij vt plurimum, sunt temporales, & momentanei;
 & text. hic loquitur de constitutione, non de ele-
 ctione. Huevsque Garcias.

3. Igitur, vt dixi, negatiue ad propositum du-
 bium respondendum est; nam cap. quia propter, lo-
 quitur de electione Episcoporum, & aliorum Præla-
 torum Ecclesiarum Collegiarum habentium gene-
 ralem iurisdictionem, ubi dicit ibi Panorm. de men-
 te gloss. & Syluest. verb. Electio 2. q. 1. quia dict. cap.
 intendit prouidere solum Ecclesiis Pastore viduatis,
 vt patet ex text. ibi, *Ecclesie viduata*; at verò per
 mortem solum prædictorum Prælatorum, remanent
 Ecclesiæ viduata, & sine Pastore; ipsi enim appellan-
 tur proprie sponsi Ecclesiæ, vt de Episcopis expres-
 se dicitur in can. sicut q. 1. Vicarij verò ipsorum non
 dicuntur sponsi, quia non sunt Prælati Principales
 Ecclesiarum. Concilium autem Tridentinum loquitur
 tantum de electione Prælatorum Regularium.

4. Hinc inferitur, non esse necessarium vt electio
 Vicarij Capitularis fiat per vota secreta.

RESOL. LXX.

An Capitulum, Sede Vacante, possit eligere duos Vi-
 carios?
 Et quid, si esset de consuetudine eligere duos Vicarios?
 Ex p. 8. tract. 4. Ref. 61.

§. 1. **A**ffirmatiue respondet Garcias de benefi-
 tom. 1. part. 7. cap. 7. num. 37. ubi sic ait. Sed
 est difficultas, an Capitulum, Sede Vacante, possit
 plures Vicarios constituere, & videtur non posse;
 nam Concilium d. c. 16. loquitur in singulari, & ex
 declaratione 3. supra adducta num. 25. & hoc quando
 in vita Episcopi non solet esse nisi vnus Vicarius.

M in 2. 2. Nihil